Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

PARA

achitob ⁊ achimelech filius abia
thar sacerdotes ⁊ susa scriba. Ba
naias quoq; filius ioiade super
legiones cerethi ⁊ phelethi. Por
ro filii dd primi ad manum regis.

XIX. Accidit autem ut
mortuus naas rex filio
rum amon ⁊ regnaret filius eius
pro eo. Dixitq; david. Faciam misericordiam
cum amon filio naas. Petiitq;
eum michi pro eius gratia. Misitq;
david nuntios ad consolandum eum
super morte patris sui. Cum cum p
venissent in terram filiorum amon.
ut consolarentur amon. dixerunt
principes filiorum amon ad hanon.
Tu forsitan putas quod david ho
noris causa in pacem tuum. misit
tibi qui consolentur te. nec considerasti
quod ut explorent ⁊ investigent. ⁊
scrutentur urbem tuam venerunt
ad te servi eius. Igitur hanon pu
eros david decalcauit. ⁊ rasit. et
fecit tunicas eorum a natibus eorum
usq; ad pedes. ⁊ dimisit eos. Qui
cum abissent ⁊ hoc mandassent
david. misit in occursum eorum.
Erant enim confusi. Et precepit ut manerent
in iericho. donec crescat barba
eorum. ⁊ tunc revertantur. Videntes
autem filii amon quod inimicam
fecissent david. tam hanon quam
reliquus populus. miserunt mille
talenta argenti. ut conducerent
sibi de mesopotamia. ⁊ syria. ma
acha. ⁊ de soba currus ⁊ equites.
Conduxerunt quoq; XXXII. milia
curruum. ⁊ regem maacha cum po
pulo eius. Qui cum venissent castra
metati sunt e regione medaba.
filii quoq; amon congregati de urbi
bus suis. venerunt ad bellum. Quod cum
audisset david. misit ioab ⁊ om
nem exercitum virorum fortium. Egre
dieq; filii amon direxerunt aciem
ante portam civitatis. Reges autem
qui ad auxilium eorum venerant se
paratim in agro steterunt. Igitur ioab
intelligens bellum ex adverso. ⁊
post tergum contra se fieri elegit
viros fortissimos de universo israel.
⁊ direxit contra syrum. Reliquam
autem partem populi dedit sub manu
abysai fratris sui. ⁊ direxerunt filios
contra amon. Dixitq; Si vicerit me
syrus. auxilio eris michi. sin autem
superaverit te filii amon. ero tibi in
presidium. Confortare ⁊ agamus
viriliter pro populo nostro. ⁊ pro urbe dei
nostri. Dominus autem quod in oculis
suis bonum est faciat. Direxit ergo
ioab ⁊ populus qui erat cum eo erat ad
syrum ad pugnandum. ⁊ fugerunt eos.
Porro filii amon videntes quod
fugisset syrus. cepit quoq; fugere
abysai fratrem eius. ⁊ intrasset fuerunt
civitatem. Reversusq; est ioab ⁊ do
mum suam. Videns autem syrus
quod victus esset coram israel. misit nun
tios ⁊ adduxit syrum qui erat
trans flumen. Sophiat autem prin
ceps militie adadezer erat dux
eorum. Quod cum nunciatum esset david.
congregavit universum israel. ⁊ transiuit
iordanem. venitq; in eos. ⁊ direx
it ex adverso aciem. illis contra
pugnantibus. fugit autem syrus
israel. ⁊ interfecit david de syris. VII.
milia curruum. ⁊ XL. milia pedi
tum. ⁊ sophiat principem exercitus.
Videntes autem servi adadezer se esse
a israel superatos. transfugerunt ad
david. ⁊ servierunt ei. Noluerunt
ultra syria auxilium prebere filiis
amon.

X. Factum est autem post circulum
anni. eo tempore quo solent re
ges ad bella procedere congregavit
ioab exercitum suum. et robustos
milites. ⁊ vastavit terram filiorum
amon. Processitq; ⁊ obsedit ra